

- 19 do famæ + nimur illa non probatur antiqua, nisi sit completa ante motam item, juxta cap. lii, et ex quadam, & ibi gloss. in verbo motam de testib. in qua re æquiparantur testes, & scriptoræ, Seraph. decis. 76, n. 2. Garz. part. 12, cap. 2, n. 287, quia hæc pariter respiciunt probationem substantiæ, unde non videntur applicari quando agitur de recognitione ex præallegatis, & ut bene declarat Rota decis. 1389. ad med. lib. 3, part. 3, divers. in testibus, & fama detrahitur tempus litis, quia alias præsumuntur ex lite mota audivisse.
- Ultimò non obstat quod ad eliciendam præsumptionem requiratur ultra temporis lapsum + observantia, Rota decis. 224, n. 22, part. 6, recent. & proprieà talis præsumptionis elidatur per contradictionem, Seraph. decis. 381, n. 11, quia ultra quod in dicta decisione agebatur de scriptura informi in substantialibus, pro qua supplendit requiritur observantia, placuit etiam responsio, quod nimur ante productum instrumentum, contradictione + non poterat cadere super illo, ut requiritur, Put. decis. 348, vers. Et quod isto lib. 2, in correct. & satis dici potest obseratum instrumentum ex deducib. supra in sexto adminicul. Imò, ut supra dictum est, vera ratio, ob quam non requiritur recognitio, non est observantia, sed difficultas probationis, + secundum Bald. in d. auth. quas actiones n. 18, & alios proximè allegatos, quæ procedit etiam non deducto tempore litis, ut patet ad sensum.
- Neque aliquid in casu proposito faciunt defēctus quid prædicto instrumento opponuntur, quia non sunt præsentis inspectionis.
- Demum etiam si admittetur distinctio decisionis, quæ revidetur, visum fuit DD. nos esse in secundo casu distinctionis in ea firmata, quia nimur judicium spoli cœptum de anno 1580, fundabatur principaliter in articulis tunc datis, & testibus desuper examinandis. Unde instrumentum benè dici potest productum incidenter ad colorandum possessorum, neque enim illud produci etiam debuit de anno 1538. cum ibi pariter judicium agitabatur in possessorio, + in quo impertinens est productio tituli, Put. decis. 379, n. 1, lib. 3, imò tunc instrumentum potius contra producentem, dum pignus durabat, potuisse retorqueri.

Ex quibus utraque parte informante dictum fuit à decisio[n]e esse recedendum.

#### DECISIO XIV.

R. P. D. CERRO.

Romana Vineæ ad Aquam Sanctam.

Lunæ 1. Julii 1641.

#### SUMMARIUM.

- 1 Ador exhibere tenetur ad fundandam rei intentionem.
- 2 Ad officium admisso censetur cum salario præstari solito prædecessoribus.
- 3 Compensationis exceptio, ipso jure intrat ad evitandam caducitatem.
- 4 Exhibito librorum consilio de interesse petentis, & existentia illorum, penes pulsatum fieri debet. Librorum frustra petitur, quando nihil prodesset, n. 7. & 8.
- 5 Exhibitionis ad effectum sufficit interesse, quod quis habet ratione possessionis.

- 6 Administratores libros confidere tenentur.
- 7 Canonis excessivitatem successor impugnare nequit.
- 8 Exceptio requirens aliorem indaginem non admittitur in possessorio.

Pretendente Societate sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum, associari ad Vineam in emphyteusim concessam Julio Grappolinum, ob non solitos Canones. Laura uxoris relicta dicti Julii, & ejusdem Vineæ, pro sua dote detentrix, tria excipiendo opposuit, ex quibus dixit non esse locum prætentæ associationi, & primò quod, ex libris Societatis appetet quod tam ipsa, quam Julius ejus maritus, solverunt Societati multiplicem quantitatem Vini, arundinum, & pecuniarum; ex quibus valor Canonum absorbetur. Unde cum actor + teneatur exhibere reo ad fundandam exceptionem, l. non est novum, l. justum, & plenè DD. in l. fin. C. de edend. Petiti dictos libros exhiberi per Societatem acriorem, ut ipsa suam defensionem exinde instruire possit.

Secundò quod Julius inservivit Societati, in officio Secretariatus, & Notariatus, & nullam apparebat fuisse taxatam salarii quantitatem, ac proindè, cum debeat censeri admissus + ad dicta officia, cum salario solito præstari ejus prædecessoribus, Bart. in l. magistratus ff. de municip. & Jaf. in l. ut liberis n. 12, C. de collat. & in l. diem functio num. 17, ff. de offic. ad seff. & alii relati per Carov. de locat. part. 1, tit. de substan. locat. q. 2. num. 10, fol. mihi 7. Instetit non solum exhiberi omnes libros, in quibus sunt adnotatae solutiones mercedis, & salarii, quotannis præstiti Laurentio Bonincontro, ejus prædecessori in dictis officiis, ut ex illis constare possit, sub qua mercede Julius fuerit illi suffectus; sed insuper destinari Notarium, qui notet, & describat omnes rogitus, & acta facta à Julio pro dicta Societate, pro quibus sibi debetur salarium, & merces, quoniam liquidata summa, his de causis debita Julio, obstat. Societati exceptio + compensationis, quæ ipso jure inducitur ad evitandam præponam ob non solutionem Canonum incursum, Fulgos. in l. i. constat in fin. C. de compensat. Alberic. in l. cum alter, ff. de compensat. Jaf. in l. in bonae fidei, n. 83. & ibidem, Jaf. num. 27. inst. de act. Imol. in cap. bona fides num. 20. post princ. & hic Barbat. n. 9, extrâ de depos. Socin. sen. cons. 99, n. 5, lib. 1. Curt. sen. cons. 70, n. 8, vers. Transf. ad tertium, ubi dicit ita fervari in Palatini, Guidop. d. 171, n. 5, & ibi Ranchin. in addit. post med. vers. Quærit demum author.

Demum, & tertio exceptit quod Canon scut. 85, prætensus à Societate vigore instrumenti concessionis facta Julio, de anno 1631, est excessivus, & redundans, cum pensio solita solvi pro dicta Vineæ ante hujusmodi concessionem esset longè minor. Et ad id probandum, petit exhiberi instrumenta locationum, & libros, in quibus sunt adnotatae exactiones pensionum, ab anno 1600, usque ad dictum annum 1631.

Societas verò negante teneri ad hujusmodi exhibitionem, proposui dubium; an, & quos libros Societas teneatur exhibere, & DD. responderunt teneri exhibere solum libros, in quibus sunt adnotatae solutiones factæ ab anno 1631, usque ad præsens.

Pro dictis enim libris constat de interesse Lauræ; & de existentia + penes Societatem, quibus concurrentibus intrat officium judicis pro exhibitione

#### Ad Materiam de Alimentis. Decis. XIV.

bitione, l. in hac actione in princip. & §. sciendum, ubi gloss. & DD. ff. exhiben. Rota decis. 250, n. 1, & decis. 348, n. 3. p. 1, recent.

Et quidem interella Lauræ visum fuit satis clarum, non solum cum ipsa possideat, nam interesse + quod quis haber rationem possessionis sufficit ad effectum exhibitionis, ut per Jaf. in §. praeter, n. 44. inst. de act. Sed etiam quia ex libris quorum petit exhibitionem intendit probare, quod Societas recepit in satisfactionem Canonum, multiplicem quantitatem Vini, arundinum, & pecuniarum, quæ receptione probata, cessabit omnis prætentio Societatis, quia solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio, Inst. quib. mod. tollit. oblig. in princ.

Existentia pariter visa est indubitate, cum Societas eosdem libros alias in hoc judicio exhibuerit, quamvis casu non fuisset opus probare existentiam de tempore mota litis, quia cum Societas sit administratrix + bonorum Hospitalis,

ratione sui officii, tenetur libros confidere, & custodiare, ut sibi firmavit Rota, & signanter coram bone memoria Coccino inter ejus impress. decis. 63, num. 3, & decis. 439, n. 5, post secundum volum. cons. Farin. cum aliis relatis per adden. ad Greg. d. decis. 29, n. 7, & per adden. ad bon. mem. Burat. decis. 278, n. 13.

Libros verò, in quibus Laura pretendit esse adnotatas solutiones salarii præteriti Secretarii, & Notarii Societatis, DD. dixerint non esse exhibendos; quia licet vera sit conclusio, quod successor in officio censetur admissus, cum emolumento solito dari prædecessoribus quando non appetat de alia conventione. Tamen hic nullibi constat, quod Julius fuerit ad dicta officia admissus, imò excluditur quod hoc potuerit esse, quia ex parte Societatis ostenditur, quod Laurentio Bonincontro Secretario antecessori existente infirmo, fuit per officia Societatis illi deputatus Coadjutor Franciscus Pavichellus, & quod Laurentio paulò post vita functo, fuit in ejus locum subrogatus, ut constat ex literis patentibus summ. n. 3. Ac proindè frustra petitur exhibito + dictorum librorum ad probandum quantitatem salarii, cum haec probatio nihil prodesset possit, dum non constat Julius dictis officiis fuisse perfunctum, Corn. consil. 72 n. 9, vers. Insuper quod dict. rei, & n. seq. lib. 3. Cravett. cons. 172. sub n. 8.

Et vita est cessare omnis difficultas, quia, quantum etiam constare posset, Julian fuisse Secretarius; adhuc tamen exhibito est inutilis, & irrelevans, + cum ex forma statutorum Societatis ad quorum præscriptum Julius censetur dicta officia assumptissime Secretarii, pro parte, ac commodo Societatis teneantur gratis, & sine spe mercedis inservire, ut in summ. n. 4, & consequenter non est concedenda, ut præter Corn. & Cravett. in locis supra citatis, firmat Bero. consil. 19, n. 12, & n. 18, in fin. lib. 3.

Et eadem ratione dictum fuit esse denegandum destinationem Notarii, ad perquirendum prætentos rogitus, quia nullus datur fumus existentia, prout requiritur, & quatenus etiam datur, non relevaret; cum Julius pro illis nullam mercedem prætendere possit, ut dictum est.

Idemque responsum fuit respectu librorum, in quibus adnotatae dicuntur solutiones factæ ab anno 1600, usque ad annum 1631, quos Laura petebat exhiberi, ad probandum excessum Canonis; \* quia cum Julius, cuius jure ipsa uitum confenserit dicto Canon, ut constat ex instru-

mento celebrato de dicto anno 1631, summ. Societatis num. 1, non potest Laura hodie dare de excessu, & impugnare factum sui authoris vulgar. I. cum à matre C. de rei vendicat. & Rota coram R. P. D. meo Verospio, decis. 5, n. 13, part. 6, recent. Ultrà quod, exceptio + ista, cum requirat alio rem indaginem, non est admittenda in hoc summiſimo possessorio, Contard. de moment. poss. limit. 19, n. 24. Rota coram bone memoria Buratto, decis. 420, n. 4. & in aliis.

#### DECISIO XV.

R. P. D. CERRO.

Romana Vineæ ad Aquam Sanctam.

Lunæ 31. Martii 1642.

#### SUMMARIUM.

- 1 Exhibito librorum consilio de interesse petentis, & existentia penes pulsatum fieri debet; librorum quæ effet inutilis, & irrelevans peti nequit, n. 3.
- 2 Exhibendi oblatio tollit præumptionem, quæ alijs subeffet contra denegantem exhibitionem.
- 3 Pacta onerosa in venditione adjecta, sunt pars pretii.
- 4 Valor rei augetur beneficio temporis, & ex melioramenti.
- 5 Exceptio laisonis non admittitur in judicio sumario, & executivo, nec requirens alio rem indaginem, n. 7.
- 6 Reus exhibere tenetur miserabilibus personis earum favore speciali. Fallit quando concurrit alia simili persona, n. 9.
- 7 L. 2. C. de rescind. vend. remedium procedit, etiam in locatione. Fallit, stante observantia contractus per plures annos, num. 11, & 12.
- 8 Actio personalis ex l. 2. C. de rescind. vend. non transit in singularem successorem. Clausula quam, quas facit, ut judicium possit variari.

Dicimus fuit coram me, 1. Julii 1641. Societatem Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum, teneri exhibere Lauræ relicta Julio Grappolinum, libros ab anno 1631, usque ad præsens, in quibus possunt esse adnotatae solutiones vini, arundinum, pecuniarum per Julian factæ pro anno Canone scutorum 85. in locatione Vineæ, de qua agitur, promisso; non autem teneri exhibere alia instrumenta, & libros, ex quibus apparere potest de salario promisso, seu præsto Laurentio Bonincontro, pro officio Secretariatus ejusdem Societatis; Neque destinandum esse Notarium, qui describat omnes rogitus, & acta, pro Societate, à Julio facta: & minus eandem Societatem teneri exhibere libros ab anno 1600, usque ad 1631, ex quibus constare potest Canonem pro Vineæ solvi solutum, fuisse longè minorem, ex pluribus dicta die deductis, in decis. quæ hodie reproposita, Domini persliterunt in Decisis.

Et quoad libros ab anno 1631, usque ad præsens, ex quibus apparet potest de dictis Canonis solutionibus, ex eo sunt, quia constat de interesse, cum Laura possideat, & de existentia librorum penes Societatem, quibus concurrentibus exhibitione + locus esse debet, saltem officio judicis,

judicis, *l. in hac actione in princip. & in s. scien-*  
*dum. Ubi gloss. & DD. ff. ad exhib. Rota decif.*  
*348, nu. 3, part. I. recent. & de filo Rota Se-*  
*rāph. decif. 1224, nu. 3, & 4, cum aliis allegatis*  
*in dicta decisione, in qua firmatur etiam tam*  
*interesse, quam existentia; Et quoad istos libros*  
*officiales Societatis, jam illos exhibuerunt, &*  
*pro ulteriori illorum exhibitione se paratos ob-*  
*tulerunt; per quam oblationem tollitur præ-*  
*sumptio, quam alias contra denegantem exhibi-*  
*tionem adesse solet: juxta l. fin. C. de fid. in-*  
*strum. Aym. conf. 112, n. 16, & conf. 134, n. 7.*  
*Buratt. conf. 39, n. 29, lib. 1.*

Quoad instrumenta, & libros, ex quibus con-  
flare potest de salario praestito Bonincontro, uti  
Secretario, Dominis visum fuit, non esse locum  
exhibitioni; Tum quia non constat, quod Julius  
fuerit unquam per societatem deputatus, sed po-  
tius appareat, quod ex causa infirmitatis Bonin-  
contri, per Officiales societatis fuit eidem Bonin-  
contri deputatus Coadjutor Franciscus Pac-  
cichellus, qui etiam post illius obitum, in ejus  
locum subrogatus fuit; Tum etiam, quia Secretar-  
tarius, ex forma Statutorum societatis, pro parte,  
& commodo ipsius societatis tenetur illi inservire  
gratis, & consequenter, cum dicti libri,  
quamvis exhibeantur, sint futuri irrelevantes, &  
& inutiles, illorum exhibito peti non potest  
Corn. conf. 72, n. 9. vers. Insuper quod d. rei. &  
num. seqq. lib. 3. Bero confil. 19, n. 12, & 18, in  
fin. lib. 3, cum aliis in dec. allatis.

Quantum verò attinet ad definitionem Notarii, pro describendis rogibus, & actis per Ju-  
lium pro Societate factis; Domini censuerunt  
non esse concedendam; quia non constat, quod  
ipse succederit in officio Secretariatus, seu No-  
tarii, nec quod aliter hujusmodi rogitus, &  
acta penes Societatem existant, prout ad istum ef-  
fectum necessario requiritur ex supradictis ultra  
quod Societas huic destinationi non contradicit,  
sed agnoscent bonam fidem consentit, dum  
modo fiat sine retardatione Procesus.

Quod autem alii libri, ab anno 1600, usque  
ad annum 1631, non sint exhibendi, visum fuit  
Dominis, ex eo clare deduci; quia licet ex illis  
appare possit, Canonem solvi solitum ante  
concessionem factam Julio, fuisse longè mino-  
rem, quam promissum per Julium, in summa  
scutorum 85. sicque dictam locationem ad favo-  
rem Julii, fuisse lefvam; dicti tamen Canones  
diminuti per se ipsos, lesionem non conclu-  
dunt; quia diminutio provenire potuit; vel  
quia in præcedentibus conductionibus adjecta  
fuerint pacta\*. Conductoribus magis onerosa,  
qua in estimanda lesionem considerari debent,  
cum sint pars pretii, l. fundi partem, ff. de con-  
trahend. empt. Surd. conf. 217, nu. 6. Vel quia  
Vinea, tempore locationis, ad favorem Julii  
fuerit in meliori statu, quam esset anteā, cum  
valor\* rei augatur, tam beneficio temporis,  
quam etiam ratione melioramentorum: ad tex-  
tum, in l. prezia rerum, §. final. ff. ad l. Falcid.  
Rota in recent. decif. 457, numero 2, part. 2, &  
decif. 46, n. 9, & 11, part. 6. Et tempus contra-  
ctus ad effectum lesionis attenditur, Bald. in leg.  
2, n. 61, & ibidem Cagnol. n. 213, in fin. & fe-  
quentibus, usque ad 220, Cod. de rescind. vendit.  
Rota decif. 18, n. 4, part. 2, divers. Hinc sequitur,  
quod cum ex istis libris lesioni non possit dici  
concludenter probata, sed dependeat ab aliis  
probationibus, quæ requirunt altiorem in-

daginem, nullatenus est concedenda illorum ex-  
hibito; quia illi per se ipsos sunt irrelevantes,  
ut dictum fuit, & exceptiones, quæ requirunt  
altiorem indaginem in hoc judicio, quod est  
summarium, & executionem, & stante publico  
instrumento, vallato obligatione Camerali, &  
pacto de capiendo possessionem propria autho-  
ritate, non admittuntur ad illius retardationem,  
ut de laſtione dixit Rota decisione 139, numero  
14, post Zacc. de obligat. Camer. & coram bo-  
næ memorie Buratt. decif. 914, numero 4. Et de  
exceptione requirente & altiorem indaginem,  
eadem Rota decif. 48, numero 2, & coram san-  
cta memoria Gregor. decisione 120, numero 16,  
& 17. Etiam si agatur contra tertium possesso-  
rem, prout vigore dicti pacti, de capienda pos-  
sessione, prop. auth. Bald. in l. Titus, ff. de  
Cens. exportan. Zacc. de obligat. Cameral. quest.  
5, n. 39, & Rota decif. 149, n. 3, post Cenc. de  
secundum nov. Impress.

Non obstat, quod miserabilibus personis spe-  
ciali & earum favore, etiam reus teneatur ede-  
re jura, Dec. in cap. 1, num. 80. de probat. Re-  
buff. in constitut. Galliae, tit. de sent. provis. art.  
3, gloss. ult. n. 20, cum aliis per Novar. de privi-  
leg. miserabil. personar. priv. 12, n. 4. Quia fuit  
responsum, id non procedere. Primo quia cum  
eis concurrat alia miserabilis & persona, vel lo-  
cus Pius, qualis est Societas; quia tunc privi-  
legia conquassantur, & cessat hujusmodi pri-  
vilegium editionis, ut per textum in l. sed et si  
militis ff. de excusat. tut. l. scire, ubi gloss. in  
verb. hæredem, Cod. de privileg. Not. Barbos.  
in Topic. verb. privilegium num. 46. Marches. de  
comment. parte secunda, folio 322, num. 146. Se-  
condo stante irrelevantia, quia tunc pariter  
cessat necessitas edendi, ut supra dictum est.

Minus facit, quod in contractu locationis sit  
locus remedio, & l. 2. Cod. de rescind. vendit.  
ad favorem Conductoris, ex capite enormissi-  
mae lesionis, secundum gloss. final. in l. si ea pact.  
Cod. de usur. Roman. confil. 423, n. 1. versic.  
igitur, & nu. sequentibus. Quia præter quod id  
procederet, quatenus ex diminutione Canonum  
in præcedentibus locationibus, vel aliter enor-  
missima lesion posset dici concludenter, & in  
continenti probata, quod non subsisteret, ut dictum  
est, placuit responsio, quod quando con-  
tractus locationis & fuit per plures annos obser-  
vatus, prout in isto casu tunc cessat remedium,  
l. 2. ut est textus in cap. contingit, ibi, si fuit  
aliquot annis servata, Extra. de transact.  
Cravett. confil. 151. n. 50. in fin. & num. seqq.  
Observantia & enim habet vim ratificationis; ma-  
xime, cum Julius, qui ante plures annos hujus vi-  
neæ concessionem habuerat, verisimiliter de il-  
lius qualitate poterat esse informatus, quo e-  
tiam casu remedium dicta legis excluditur. Ca-  
str. confil. 386, numero 2, vers. hæc pars fortifi-  
catur, lib. 2. Cagnol. in ead. l. 2. n. 124. C. de  
recind. vendit.

Et in omnem eventum actio personalis & pro  
rescissione contractus, ex dict. l. 2. non transit  
in singularem successorem, qualis est Laura,  
qua detinet vineam, tanquam creditrix Julii ra-  
tione suarum Dotium l. actionum genera, §. in  
personam, ff. de act. l. si tertius, §. si quis prius,  
ubi Bart. ff. de aqu. pluv. arcend. Cravett. conf.  
298. num. 7.

Nec demum relevat, quod Societas ab ini-  
tio intentaverit, remed. l. diffamari, Cod. de in-  
gen.

## Ad Materiam de Alimentis. Decis. XVI.

gen. & manumiss. Quia nihilominus cum in con-  
14 ceſſione adſit clauſula † quam, & quas, potuit  
illius vigore omisso primo, deducere novum ju-  
diciū associationis pro Canonibus decurſis,  
Achill. decif. 22, nu. 2, de appellat. Rota coram  
bon. mem. Buratt. nu. 6. cum aliis per Barbos. de  
claf. claf. 121, n. 7.  
Et ita utraque parte informantē.

### D E C I S I O X VI.

R. D. BONVISO Cameræ Apostolicæ Decano.  
Romana Affrancationis.

Veneris 12. Decembris 1642.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Affrancatio est vera venditio, & sine Domini affensu fieri nequit in emphyteusi. Fallit ex causa juris congrui, n. 10. Emphyteuta si non permittetur, ab edificando retrahetur, n. 45.*
- 2 *Vendere invitum nemo cogitur, quod quis cogatur, reputatur pœna, n. 3.*
- 3 *Affrancationem Canonis Ecclesia non potest concedere, neque per subrogationem alterius proprietatis, n. 6. Etiam si contrahat Ecclesia cum privilegiato, n. 7.*
- 4 *Ecclesia non potest vendere annuos reditus: dicitur justitia cultris, pietatis amantissima, n. 29. Voluntarii potest distrahere ob jus congrui, n. 30.*
- 5 *Bona regularium alienari non possunt.*
- 6 *Privilegia concedentia Regularibus bonorum alienationes, sunt abrogata.*
- 7 *Legis casus facit cessare omnem difficultatem.*
- 8 *Voluntas, & potestas contraria removent.*
- 9 *Lege posteriori quod firmatur potissimum habetur.*
- 10 *Rigor in specie scriptus æquitati in genere scrip-  
ta prefertur.*
- 11 *Reipublicæ interest, ne Civitates ruinis defor-  
menur, & adificiis ornentur, n. 17. Et de ratione, n. 18.*
- 12 *Recleres Civitatum invigilare debent, ne ru-  
inis deformentur.*
- 13 *Subditorum magnitudo animi ex adificiis con-  
spicitur.*
- 14 *Principis majestas etiam ex qualitate adificiorum eluciscit.*
- 15 *Romanus est qui adificium in urbe habet.*
- 16 *Utilitas publica privatæ præferitur; Publica fa-  
cere, ut alicui permittantur, quæ alias prohibita es-  
sent, num. 23. Et de exemplis, n. 24. & 25.*
- 17 *Ponifex in rebus Ecclesiæ plenissimam habet  
facultatem super bonis Ecclesiæ facilis dis-  
ponit concurrente publicâ utilitate, nu. 27. Pro Ecclesiæ amplianda, cogit privatos ven-  
dere, num. 28. Vim juramenti tollit, nu-  
mero 40.*
- 18 *Jus congrui cessat in remotis. Contra n. 32.  
Congrui nemo potest cludere, n. 34. Pub-  
licum, pactis privatorum nequit alterari, nu.  
36. Etiam juratis, n. 37.*
- 19 *Pactum de non affrancando, & è contra, suc-  
cessores non ligat. Camerarium non ligat,  
num. 35. De non affrancando juratum ob jus  
congrui emphyteuta non attendit. n. 46.*
- 20 *Voluntates ultimæ pactis favorabiliores.*
- 21 *Juramentum in contractibus solet adhiberi,*

*Successorem non ligat, n. 47.*

41 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, clau-  
dunt os in omni materia.*

42 *Favori ſuo quilibet potest renunciare. Fallit ut  
num. 44.*

43 *Interest publicum privatæ præponderat.*

44 *Reditus annui inter ſtabilia connumerantur,  
& perpetui dicuntur, n. 49. Limita, nu-  
mero 50.*

51 *Princeps ſcire præsumit, non tam proprias,  
quam Anieſſorum conſtituções.*

52 *Principis de potestate diſputare facrilegium  
eft.*

53 *Ecclesia rebus in alienandis ſolemnitas, &  
utilitas requiruntur.*

54 *Religiosis ſumme conuenit agnitus veritatis,  
& bona fidei.*

**E** Merat R. P. D. Georgius unam domum à  
Venerabili Archihospitali S. Spiritus in Sa-  
xia, & alteram à Cap. Francisco Cordonc, aſſe-  
rentibus, illas exiſtere ſub proprietate Monasterii  
S. Honuphrii de Urbe, in cuius clivo poſitæ  
ſunt, & eſſe gravatas annuā reſpoſione, ſeu  
Canone ſolvendo Fratribus ejusdem loci. Cū  
autem vellet prædictas aedes in nobiliorem ſtru-  
cturam redigere, & quō ſecurius id perageret,  
petet a fratribus antedictis illarum exemptio-  
nem, & Canonum affrancationem, fuit ſibi de-  
nunciatum pactum in prima investitura appo-  
ſitum, ab auctoribus venditorum, quo caveba-  
tur non licere dictos Canones affrancare, non  
obſtantē quācumque Bullā; Motu proprio, Ban-  
dimento, Privilegio, ſeu alia quācumque faculta-  
te edita, vel edenda, cum quavis clauſula  
etiam derogatoria hujusmodi pacti concepi cum  
aliis ampliſſimis verbis, prout in instrumento  
dato, ſed prætendens eo non refragante hanc  
facultatem ſibi competere, introduxit judicium,  
mediante ſpeciali commiſſione directa Eminen-  
tissimo Camerario expediente de voto Cameræ,  
& quāvis procurator dictorum Fratrum po-  
ſtea liti cefſerit, & loca montium oblata,  
pro recompensatione recipere obtulerit, & hanc  
ceſſionem, & oblationem iudem Fratres capitulariter  
ratificaverint, inſtituit nihilominus diſputa-  
ti dubium, an eſſet locus dictæ affrancationi,  
quod à me propositum, die ſupradicta, fuit  
unanimi Dominorum conſenſu affirmative re-  
ſolutum.

Nām eſſi de jure communī talis affrancatio  
+ non permittatur etiā voluntatem proprietarii,  
cū ſi vera venditio anni reditus, & regulis  
ceſſionis, ut per Crott. conf. 72, n. 41, & ſ. q. q.  
lib. 1. Cephala. conf. 703, n. 17, lib. 5. Graian.  
diſcep. 477, n. 11, & seqq. & diſcep. 745, n. 80.  
quibus conſeruit deducta in Florentina affran-  
cationis 28. Novembris 1633. coram Reverendiss.  
Urgellen. Nemo + autem invitū cogatur vende-  
re l. invitū C. de contrahē. empt. l. nec emere  
C. de jur. d. lib. Boer decif. 302, n. 2. Jurb. decif.  
86. n. 2. demonstrans hoc eſſe æquissimum axio-  
ma, & conſonum naturali libertati, adeo ut pro  
poena \* reputetur, quod invitū quis compellatur  
ad vendendum, ut inquit Alciat. conf. 13,  
n. 3, & 4. lib. 2.

Ecclesia verò neque volens poſſit hujusmodi  
affrancationem + concedere respectu alienationis  
ſibi prohibita per Extravag. Pauli II. ut in termi-  
nis affrancationis reſoluit Episcopus Rice. de-  
cif. 83,